BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 307
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

& uos debetis alter alterius lauare pedes. Quamuis & iam uerbo ministrandi possint omnia
quae dis in carne gessit intellegi. Nam & ipsum sui sanguinis sacramentum inminis
trandum nobis effundere significat cum dicit. Sicut filius hominis non uenit
ministrari sed ministrare. & dare animam suam redemptionem pro multis. Hoc
quoq: maioribus ecclesiae praecipuum ministrandi genus imitandum ostendens. Ut non
solum misericordiae demosynae doctrinae salutaris spiritalis exempli ministeria
fratribus inpendamus. Uerum & iam sicut ille pro nobis animam suam posuit.
ita & nos pro inuicem animas ponere discamus.

Uos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis;
& ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum.

Non incho atio patientiae sed perseuerantiae caelestis regni gloria donatur. Quia
nimirum per seuerentia. quae alio nomine constantia uocatur robur
Quoddam & fortitudo omnium cunctarum: ut ita dixerim. est columna uirtutum;
quae cum bene recta & firma consistit. Nihil est certius nihil tutius bonis moribus; quod
si aliquo deiciatur impulsu. non sola labitur. Omnia enim prorsus animi bona
simul corruunt; sicut ergo pater disposuit filio regnum quem factum oboediente
usq: ad mortem mortem autem crucis exaltauit. & donauit illi nomen. quod est
super omne nomen. sic & filius id. est. per manentes secum in temptationibus: ad & pu
duca ad regnum. Si enim complantati facti sumus in similitudine mortis eius;
simul & resurrectionis erimus; a cuius sublimitate promissus iudas infelix
excipitur. Nam & antiquus haec dns dicere & excusse redendus est. qui non
modo permanere cum illo in temptationibus: spreuit. Uerum ipse temptatio
num eius iuuit auctor est. excipiuntur. & illi qui audtus incomprehensibilis
sacramenti uerbis abierunt retro. & iam non cum illo ambulant. Nonenim rece
dentes ad nos nisi quotquot paenitendo redierunt potuere saluari.

Ut edatis & bibatis super mensam meam in regno.

Mensa haec ypposita omnibus scis ad fruendum caelestis est gloriae uitae cibus: potusq: ille est
de quo alias dicitur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quia ipsi satiabuntur.
fruendo scilicet olim desiderato & amato gaudio ueri & inconcussi boni.

Et sedetis super thronos iudicantes duodecim tribus: israel.

Haec est illa quam psalmus canit. in mutatio dexterae excelsi. ut qui nunc humiles
gaudent ministrare conseruis tunc sup dni mensam sublimes uitae pp & uae
dapibus alantur. quibus hic in temptationibus: iniuste iudicati cum dno semp manent. Illic
cum eo supremptatores suos iusti iudice sueniant. & quanto huic mundo magna humilita
te dispecti sunt tanto tunc acceptis sedibus maiore culmine potestatis excrescant.